



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

Gynaikes, Mulieres: Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma (FCT-21-16887)	
Roma	Autoría: Pilar Pavón Torrejón
Alto Imperio	
Ámbito: política	
<p>Interim cunctantibus prolatantibusque spem ac metum Epicharis quaedam, incertum quonam modo sciscitata (neque illi ante ulla rerum honestarum cura fuerat), accendere et arguere coniuratos, ac postremum lentitudinis eorum pertaesa et in Campania agens primores classiariorum Misenensium labefacere et conscientia inligare conisa est tali initio. erat nauarchus in ea classe Volusius Proculus, occidendae matris Neroni inter ministros, non ex magnitudine sceleris provectus, ut rebatur. is mulieri olim cognitus, seu recens orta amicitia, dum merita erga Neronem sua et quam in inritum cecidissent aperit adicitque questus et destinationem vindictae, si facultas oreretur, spem dedit posse impelli et pluris conciliare: nec leve auxilium in classe, crebras occasiones, quia Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu laetabatur. ergo Epicharis plura; et omnia scelera principis orditur, neque senatui quidquam manere. sed provisum quonam modo poenas eversae rei publicae daret: accingeretur modo navare operam et militum acerrimos ducere in partis, ac digna pretia expectaret; nomina tamen coniuratorum reticuit. unde Proculi indicium inritum fuit, quamvis ea quae audierat ad Neronem detulisset. accita quippe Epicharis et cum indice composita nullis testibus innisum facile confutavit. sed ipsa in custodia retenta est, suspectante Nerone haud falsa esse etiam quae vera non probabantur.</p>	<p>Entretanto, como vacilaban postergando su esperanza y su miedo, una cierta Epícaris, que no se sabe cómo se había enterado del asunto, pues nunca antes había tenido preocupación alguna por la decencia, se dedicaba a provocar e increpar a los conjurados. Al fin, harta de la lentitud con que procedían y hallándose en Campania, se empeñó en hacer claudicar y comprometer en la conspiración a los jefes de la flota de Misano comenzando del modo que ahora se verá. Era comandante de navío en aquella escuadra Volusio Próculo, uno de los ejecutores de la muerte de la madre de Nerón y que, según él pensaba, no había sido engrandecido en proporción a la magnitud de su crimen. ya fuera antiguo conocido de aquella mujer, ya tuviera con ella una amistad reciente, el caso es que le declara los servicios que había prestado a Nerón, y cuán mal correspondidos habían sido, añadiendo quejas y descubriéndole su intención de vengarse cuando se le presentara la ocasión; le dio esperanzas de que sería posible empujarlo a ella y ganarse a varios más: no era de menospreciar la ayuda de la flota, y ofrecía múltiples oportunidades, dado que Nerón gustaba mucho de disfrutar del mar en Pozzuoli y en Miseno. En consecuencia, Epícaris abunda en el tema y le habla de todos los crímenes del príncipe y de que al senado no le quedaba prerrogativa alguna. Ahora bien -le decía- se habían tomado medidas para que pagara su crimen de haber destruido la república; debía, pues, disponerse a prestar su colaboración y atraerse al partido a los militares más valerosos; podía esperar una recompensa</p>



Mujeres, Dones, Emakumeak, Mulleres de Grecia y Roma

Annales ab excessu divi Augusti. Cornelius Tacitus. Charles Dennis Fisher. Clarendon Press. Liber XV, 51. Oxford. 1906.

digna. Sin embargo, calló los nombres de los conjurados; por ello, a pesar de que Próculo denunció a Nerón lo que había oído, su testimonio resultó inútil. En efecto, se hizo comparecer a Epícaris para un careo con el denunciante, pero al no poder éste apoyarse en testigos le fue fácil refutarlo. De todos modos, se la retuvo en prisión, toda vez que Nerón sospechaba que la denuncia no era falsa, aunque no se hubiera probado su veracidad.

Tácito. *Anales*. Libros XI-XVI. Introducción general, traducción y notas de José Luis Moralejo. Biblioteca Básica Gredos, 2001, p. 247-248.